ideo in purgatorio puniunt͛ etſi heredes ſtatim pro ipſis ſoluerent
citius liberarent͛. Audi hō cuiuſcūq; hereditatē percipis ad ipſius
debita ſoluēda obligaris ideo dicit͛ redde de. t. quondā erit debitū
pa. t. qn̄ ipe viuit nūc eſt tuū debitū q2 hereditatē ſuam hēs. ſi tu
non ſoluis pro ipo deo rn̄debis. ¶ Item reſiduū huiꝰ
ſmonis require in fine huiꝰ libri. Et inchoat͛ hic // Scd̄o vt teſta.

## ¶ De ſancto iheronimo. Sermo.

Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā ⁊ legē requirent ex ore
eius q2 angelꝰ dn̄i exercituū eſt. Mal. ij. Iſta verba pn̄t ſu
mi ad cōmēdationē beati iheronimi qui magna ſciētia cla
ruit ⁊ legē domini de hebraico in latinū tranſtulit ⁊ plures libros
cōpoſuit ⁊ ſancte viuendo euāgelicā vitā duxit. Sm̄ hoc cōmendat͛
hic breuiter a duobus. Pmo a ſacerdotalis officij pfectiōe cū dicit͛
labia ſacerdotis cuſtodiūt ſciam ⁊ legē ⁊c. Scd̄o a ſingularis meri
ti ſublimatione ibi q2 angelꝰ dn̄i exercituū eſt. ¶ Nota ꝙ in ſacer
dotibus debent eē quatuor q̄ fuerūt in beato iheronimo. videlicet
ſciētie perſpicacitas vt legē dei intelligāt. doctrine veritas ꝑ quaȝ
alios erudiant. vite ſanctitas vt exemplū alijs prebeāt. Orationis
aſſiduitas vt ꝓ alijs intercedant. ¶ Primo dico ꝙ in ſacerdotibꝰ
debet eſſe ſcie pſpicacitas vt legem dei intelligāt ideo dn̄s precepit
Aaron ſacerdoti Leuit. x. Vinū ⁊ omne qd̄ inebriare poteſt nō bi
betis tu ⁊ filij tui qn̄ intrabitis teſtimonij tabernaculū vt habeas
ſciam diſcernendi inter ſanctū ⁊ ꝓphanū. hec ſcia ſacerdotibus ſū
me neceſſaria eſt vt legem dei intelligāt ⁊ inter ꝟtutes ⁊ vicia diſ
cernere ſciant. hanc ſciaȝ beatus iheronimꝰ habuit ⁊ legē dei in q̄
meditabat͛ die ac nocte plene intellexit. ideo pōt dicere illud. Iuſtū
deduxit dn̄s ꝑ vi. r. q̄tū ad fidē ꝑ quā in via dei recta ambulauit.
⁊ oſ̄dit illi re. dei. q̄tū ad ſpē qua celeſte regnū appetijt ⁊ dedit illi
ſcientiam ſanctoꝝ quantū ad cognitionē qua deū intellexit. hone
ſtauit illū in la. quantū ad caritatē qua deo ferventer ſeruiuit ⁊ com
pleuit labores il. q̄tū ad pſeuerantiā q̄ bono fine vitam t͛minauit

De hoc ſancto dicit quidā ſanctus. Jheronimꝰ preſbiter toto lā
clarꝰ mundo habitabat in bethleem egregio ingenio ⁊ ſtudio vni
uerſe eccleſie ſeruiens. Ve illis ſacerdotibus qui officiū ſacerdota
le habent ⁊ ſcientia carent legem dei non intelligunt ⁊ ideo alios
expedire nequeunt tales indigni ſunt ſacerdotio quia deo nō pla/
cent nec ſalutem animaꝝ procurāt Oſee.iiij. Dicit dominus quia
tu ſcientiā repuliſti repellam ⁊ ego te ne ſacerdotio fungaris mihi
Pondera qđ dicit dominꝰ Ne ſacerdotio fungaris mihi quia ta
les funguntur ſacerdotio ſibi ipſis nō deo quia nō bene viuunt.vē
trem replent corpus veſtiunt pecunias congregant⁊ heu animas
ſibi cōmiſſas negligunt quia eis viam ad celum nō oſtendūt. Nec
mirꝝ quomodo poſſent oſtendere alijs viam quā ipſi ignorant.de
talibus dicit dñs Mat.xv. Cecus aūt ſi ceco ducatū prebeat am/
bo in foueam cadunt. ¶Scđo dico ꝙ in ſacerdotibus debet eſſe
doctrine veritas per quā erudiant alios. Multi ſunt ſacerdotes q̄
habent bene ſcientiā per quā docere poſſunt ⁊ heu nolūt alios do
cere non attendūt quod dicit̄ eis i.Pe.ij. Vos eſtis genus electū
regale ſacerdotiū gens ſancta populus adquiſitionis vt virtutes
ānuncietis ſupple docendo eos qui vos de tenebris vocauit in ad
mirabile lumen ſuū Jſtud ſciens ſāctus Jheronimus ſacerdos dei
doctrine alioꝝ vigilanter inſeruiebat. vnde legitur de eo. Cum re
uerteretur a ſolitudine in qua per quatuor ānos in dei ſeruitio ie
iunando orando carnem macerando māſerat remeauit ad bethle
em opidū vt ibi remaneret vbi incepit libros ſacre ſcripture legere
vbi plures religioſoꝝ ad eum quibus vita eius fama comperta ē
protinus confluxerunt bonum magiſtrum paruo adhuc ſub tu/
gurio boni obſeruarūt diſcipuli. Conſidera q̄ʒ diligens fuit in docē
do qui ⁊ preſentes ⁊ abſentes viros ⁊ feminas docebat Vnde de
ipſo poteſt dici illud Malach.ij. Lex veritatis fuit in ore eius ⁊ ini
quitas nō eſt inuenta in labijs eius in pace ⁊ in equitate ambula
uit mecum ⁊ multos auertit ab iniquitate. ideo tam ſollicite intē
debat ſaluti alioꝝ quia ſciebat magnā futurā ſibi fore mercedem
doctoꝝ in celo Daniel.xij. Qui docti fuerūt fulgebunt p.ſplendor
fir. ⁊ qui ad iuſti.eru.multos q.ſtelle in ppetuas eternita. ¶Tercio
dico ꝙ debet in ſacerdotibꝰ eſſe vite ſanctitas vt bonū exemplum
alijs p̄beant Joſue.vi. Dixit ioſue ſacerdotibꝰ tollite archā federis

dn̄i ⁊ precedite populū qui iuſſa cōplentes tulerunt ⁊ ābulauerūt
ante eos. iſtud dicit Joſue ſacerdotibus cum deberent tranſire ior
danem Joſue qui interpretatur ſaluator qui ⁊ alio nomine dictus
eſt ihesus ſignificat chriſtū. iſte precipit ſacerdotib⁹ ſuis vt in trāſ-
itu iordanis. i. hui⁹ mundi tollant arcā federis ſiue ꝯpoſitionis
id eſt ſanctā vitā aſſumant que deo placet ⁊ precedant populū per
bonū exemplū. iſtud fecit beat⁹ iheronim⁹ vnde de eo exponit̄ illđ
Eccle. xl. Dedit illi ſacerdotiū ⁊ beatificauit illū in gloria ⁊ circū-
cinxit eū zona iuſticie. bene dixit circūcinxit eū zona iuſticie qꝛ ſa
cerdos debet eſſe iuſtus ex omni parte. iuſt⁹ q̄ztū ad deum vt ei fi
deliter ſeruiat. iuſtus q̄ztū ad ſe vt ſe a peccatis cuſtodiat. iuſtuſ q̄z
tum ad proximū vt ei bonū exemplū prebeat. Sacerdos eni debet
ſubditos bono exemplo precedere. ideo cōparatur paſtori iohis. x
Cū ꝓprias oues emiſerit ante eos vadit ⁊ oues illum ſequuntur.
ideo chriſt⁹ apoſtolis dixit Mat. v. Luceat lux veſtra corā ho. vt
vi. o. v. b ⁊. g. p. v. qui ī celis eſt Ve illis ſacerdotibus qui ſubditoſ
malꝫ exēplo corrūpunt. contra hos dicitur Sap̄. vi. Cuꝫ miniſtri
eſſetis regni illius non recte iudicaſtis. Neque cuſtodiſtis legem
iuſticie neqꝫ ſcꝫ legē dei ambulaſtis horrende ⁊ cito apparebit vo
bis qm̄ iudiciū duriſſimū his qui preſunt fiet. ¶ Quarto dico ꝙ
in ſacerdotibus debet eſſe orationis aſſiduitas. ad ſacerdotes eiꝫ
ſpectat orare nō ſolū pro ſe ſed etiā pro populo ij. Mach. ꝑmo Ora
tionē faciebāt ſacerdotes cū ꝯſūmaretur ſacrificiū hoc dictū eſt đ
ſacerdotibus veteris legis ⁊ de ſacrificio carnali. modo magis ſa
cerdotes noue legis debent orare cum offertur ſacrificiū ſpiritua
le id eſt corpus chriſti q̄zuis eni debent orare pro ſe ⁊ pro populo.
precipue tn̄ debent facere in miſſa quando offerunt corpus ⁊ ſan
guinē chriſti ſuper altare. canon miſſe multas continet orationes
in quibus orat̄ pro viuis ⁊ defunctis. preſentibus ⁊ abſentib⁹. vis
ſcire q̄ztū apud deū valeat oratio boni ſacerdotis. Audi quod di
citur Sap̄. xviij. de Aaron ſacerdote. ꝓperans homo ſine querela
depcari ꝓ ꝓplis ꝓferēs ſuitutis ſue ſcutū orōem ⁊ ꝑ incēſum de
precationē allegans reſtitit ire. legit̄ Num. xvi Cū iudei murmura
rēt. ꝯtra moyſen ⁊ Aarō irat⁹ dn̄ſ miſit ignē in ꝓpl'ꝫ q̄ deuaſtabat
ꝓpl'ꝫ. tūc ad p̄ceptū moiſi Aaron obtulit olocauſtuꝫ ⁊ ſtans inter
mortuos et viuentes deprecatus eſt ꝓ populo et plaga ceſſauit.

Quā creber iſte ſacerdos ſanctus in orationibus fuerit ſcʒ beatꝰ
Jeronimus. ipē fatetur cum dicit quotidie lacrime quotidie gemi
tus etſi quādo repugnantē carnē ſomnus imminens oppreſſiſſet
nude humo vix oſſa herentia collidebam. Memini me claman
tem diē crebro iūxiſſe cum nocte nec prius ceſſaſſe verberibus q̄m
rediret domino imperante tranquillitas. nō mirū ſi tam aſſiduus
in oratione extitit qui diuini iudicij ſeueritatē expertus fuit ſic ipē
de ſe ſcribit. ꝙ cum tantū amorē ad libros pħicos legendos habe
ret ꝙ lectō ꝓphetaꝝ nihil ſibi ſapiebat in media xl. graui febre cor
reptus eſt qui in ſpiritu raptus eſt ad tribunal iudicis vbi tm̄ erat
luminis ꝙ cadens in terrā non audebat ſurſum aſpicere ⁊ cū int
rogaretur de conditione. chriſtianū ſe eſſe reſpondit. cui iudex mē
tiris. Cyceronianus es nō xp̄ianus vbi enī thezaurus tuuſ ibi eſt
⁊ cor tuū ilico obmutuit ⁊ inter verbera nam ceodi eum iuſſerat cōſci
ēntie magis igne torquebatur. Cogitans de illo verſiculo. Jn infer
no quis confitebitur tibi. clamare tamē cepit ⁊ dicere. Miſeremini
mei dn̄e miſeremini tandē ad iudicis genua ꝓuoluti qui aſtiterāt
precabant̄ pro eo ⁊ rediens ad ſe mirantibus ceteris aperuit ocu
los tanto lacrimarū imbre perfuſos vt etiā incredulis fidem facēt
ex dolore nec fuit verus ſopor aut vera ſomnia quibꝰ ſepe illudū
tur homines vt ipē dicit. Teſtes inquit ſūt tribunal ante qd̄ iacui.
iudicium triſte qd̄ timui. ita mihi nunq̄ȝ contingat incidere in ta
lem queſtōeȝ ſcio me liuentes habuiſſe ſcapulas plagas ſenſiſſe pꝰ
ſomnia. Reſpice o homo oculis cordis hoc factū ⁊ placa orando
iudicem chriſtum vt inuenias eum in extremis ꝓpicium. Amen.

## ¶ De ſancto Franciſco Sermo

Vidi alteꝝ angelū aſcendentem ab ortu ſo. habentē ſignū
dei viui Apoca. vij. Verbum illud poteſt exponi de beato
Franciſco qui in verbis premiſſis cōmendatur a tribus. ſ.
a predicationis auctoritate. a contemplationis ſublimitate. a reli
gionis ſue firmitate. Primū tangitur ibi Vidi alteꝝ angelū. An
gelus grece dicitur nuncius latine. ⁊ in hoc figuratur ꝙ beatus
Franciſcus fuit miſſus a deo ad predicandū. Scd̄m ibi Aſcendē
tem ab ortu ſolis. Ortus ſolis eſt gracia chriſti a qua beatus Frā
ciſcus hauſit contemplationē per quā ſurſum aſcendit Terciū ibi
hn̄tē ſignū dei viui. i. ſtigmata ſicut ei lr̄a cui papal' bulla appēdit